Quelle: http://manuscripta.at/?ID=9168
Copyright: Melk, Benediktinerstift

118

hic sabinus a quo sabinia. Janus saturnus a quo latini
a et latium picus qui auguria reppit faunus evander
nx. Carmentis scilicet latinas literas repperit. latinus a quo
latini. post hunc defecit regnum laurentum.

Apud mycenas primus regnavit tantalus. deinde pelops.
hic atreus. postea filii eius agamemnon et menela
us post hos orestes filius agamemnonis. Sub samuel.
Quarta etate scilicet tempore ozie cepit regnum macedonum. cuius pri
mus regnavit caranus. cui successit perdica. hic alex.
hic archelaus filius perdice. hic amuntas vel philippus cuius
filius eius alexander magnus monarcha. huic fratri suo eidem successit
secundus postea regnum macedonum stetit per annos 400. quod est
et grecorum usque ad cleopatram ptolomei. philometor et tunc defecit.

Apud albam scilicet sampson. primus regnavit eneas qui lavi
nium condidit et fulmine periit. postea filius eius ascanius
qui et iulus qui albam condidit. post iulum. a quo iulia gens vo
catur. filius qui in silva natus obiit omnes reges albe silvii.
dicti sunt. Eneas silvius regnavit postea scilicet... hic latinus. hic
alba. a quo albani. epitus. vel altes. postea scilicet tempore asa. capis.
deinde qui capuam condidit. hic carpentus. hic tyberinus.
a quo fluvius tybris dictus est. qui in eo extinctus qui prius
albula dicebatur. deinde agrippa. hic aremulus. hic a
ventinus a quo mons dicitur. hic procas. hic amulius scilicet tempore ozie cuius
fratris numitoris filiam huius rhea vocatam. quam remum et re
mulum genuit. qui occiso amulio avunculum. i. numito
rem. regem statuit. scilicet a quo defecit regnum albanorum. post
annos. 440. postea romani orti sunt.

Nota tres esse partes mundi. prima que est medie
tas mundi. quam primus sem filius noe post
diluvium incoluit qui incipit a meridie per orientem. usque
ad septentrionem. cuius regnum obtinuit asia regina.